

clarasse, nolle se iis subjici. Et quod amplius est, quis nescit, non modo pronunciari à Parliamentis sententias inter se aduersas, quod in earum volumine magno cum dedecore Parliamentorum cernitur, sed in nonnullis Parliamentis auditoria etiam contrarias sibi invicem sententias dedita opera proferre. Alia ex parte quis nescit, duas tertias partes advocatorum, qui Justiniani doctrinam jaçant, nec centesimam ejus partem aut intelligere, aut omnino legisse; nec eorum scientiam aliam de esse, quam à veteratoria quadam verusutia, quæ longo & continuo iudicii alicujus usu comprehenditur.

CAP. XVIII.

Sententia de spe alicujus emendationis.

Postremo si in hac quæstione id sequi volumus quod D. Paulus scripsit, facile quid sentiendum sit inueniemus. Nam in priore epistola ad Corinthios de litibus & controversiis loquens, quæ inter Christianos oriebantur, eos non ad magnorum & subtilium Jurisprudentiæ Doctorum subsellia ablegat, sed ad homines qui sensu naturali valeant, quique supra omnia De-